



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Hydrargyron.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

& illi cognomentum $\chi\lambda\mu\pi\sigma\varsigma$, Phurnuto & Suida authoribus, est inditum; ideoque sic de illo cecinit Horat. lib.

Horatius
*Callidum quidquid placuit jocoso
Condere furto.
Te Boves olim, nisi reddidisset,
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.*

1. Carm.
Ode 10.
Batum
passivem
quem ob
perfidiam
in saxum
mutavit.
Ovidius 2.
Metam.

& Prudentius:
*Expertes furandi homines, hac imbuit arte,
Mercurius Maja genitus.*

HYDRARGYRON. CAP. XXIV.

PER eundem Mercurium Chemicæ artis professores, argentum liquidum, quod vulgo vivum, Græcè hydrargyron appellatur, propter ejus mobilitatem intelligunt: nam illi singulis metallis Pluotarum nomina attribuunt: ut plumbo Saturni, stannò Jovis, ferro & chalybi Martis, auro Solis, zri Veneris, argento Lunæ, ut Plato in Timæo facere videtur.

TALARIA.

VELOCITAS. CAP. XXV.

TALARIA Mercurii, velocitatem motumq; significant, quod is sublimis per aëra feratur, ut Virgilius ait: *Ænei. l. 4.*

--- Et primum pedibus talaria nectit
*Anrea: quæ sublimem alis, sive aquora supra,
Sens terram rapido pariter cum flumine portant.*

adeo ut si cuiquam significare velimus fugiendum esse apte talaria depingere possimus: unde fit ut etiam communi sermone dici soleat; *Addere pedibus alas*, pro celeritate. Item Virgilius:
Pedibus timor addidit alas.

CADUCEUS.

POTESTAS ET VIS FATI. CAP. XXVI.

EST & alia Caducei qui Mercurio attribuitur significatio, præter eas quæ à Pierio sunt enumeratæ. Caduceus enim fati potestatem significat, vel afflatum quendam divinum dictumque, quo non modo mentes nostræ, verum etiam creata omnia moventur & gubernantur: atq; vinculum quo cum Deo colligati sumus, ac inter nos ipsiusq; fati necessitatem omnia stringentem. Quod præclare indicasse videtur Virgilius his verbis:

*Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco,
Pallentesque alias sub tristia Tartara mittit.
Diat serenos, admittitque, & lumina morte resignat:
Illa fretus agit ventos, & turbidattranat
Nubila.*

*Ænei. li. 6.
ab Homero
Odyf. 1. &
u. & lilia u.
Mac. lib. 7.
c. 19. & idē
Pierius e-
mnino lib.
15. in Ca-
duceo.*

Sic enim pingebatur ab Ægyptiis Caduceus ille, Macrobio authore, in specie Draconum maris & foeminae conjunctorum, qui parte media voluminis sui, invicem nodo, quem vocant Herculis, obligabantur, primæque partes eorum reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli jungebant: & postmo-
*Caduceus
quomodo
ab Ægyptiis
pingebatur*

Aaaaa

postmo-